



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

9. Quis sit minister Sacramenti Confirmationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

I. DE CONFIRMATIONE. 297

balsamo quod odorem significat bonæ famæ. Sic etiam habetur in Catechismo Romano confessio ex ordinatione Pontificis, conformatum ad Concilium Tridentinum.

ARTICULUS IX.

Quis sit Minister Sacramenti Confirmationis.

SUPPONIMUS contra Cajetanum, Ministerum consecrationis Chrismatis seu materiae hujus Sacramenti, solum Episcopum esse. Quæ est expressa sententia S. Thome 3. p. q. 72. a. 3. ubi postquam pulchre docuerat, cur aliquæ materiæ Sacramentorum requirant consecrationem, videlicet Confirmationis & Extremæ Unctionis & non aliorum videlicet Baptismi & Eucharistiae; Ad 3. expressè dicit. *Et ad hoc materia Sacramenti consecratur, vel ab ipso Christo, vel ab Episcopo qui gerit in Ecclesiâ personam Christi.* Et ulterius inde hoc constat, quod non legatur quod Ecclesia in hoc unquam dispensaveit.

Agendum est igitur solum de Ministro collationis hujus Sacramenti. Certum autem est, quod ordinarius Minister sit Episcopus de quo dubitari non potest. Quod ostendit S. Thomas 3. p. q. 72. a. 11. ex Eusebio Papa c.
manus

298 TRACTATUS. VII.

manus dist. 5. de consecr. ubi dicitur : Manus quoque impositionis Sacramentum, magnâ veneratione est tenendum, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus : nec tempore Apostolorum ab aliis quam ab ipsis Apostolis legitur aut scitur peractum esse nec ab aliis quam qui eorum tenent locum unquam perfici potest, aut fieri debet ; nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, & inter Ecclesiastica numquam reputabitur Sacra menta. Hæc habet S. Thomas in arg. sed contra.

In corpore autem pulchram dat convenientiam, quam in ipso lector videre potest.

Nihilominus ex summi Pontificis commissione, à simplici Sacerdote conferri potest; quod ibidem docet S. Thomas ad 1. ubi dicit: *Papa in Ecclesiâ habet plenitudinem potestatis, ex quâ potest quadam qua sunt Superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam Presbyteris concedit conferre Minoris Ordines;* quod pertinet ad potestatem Episcopalem, & ex hac plenitudine potestatis concessit B:Gregorius Papa quod simplices Sacerdotes hoc Sacramentum conferrent, quamdiu scandalum tolleretur. Verba autem Gregorij adducit in 1. argum. Et habentur c. Pervenit quoque, ubi dicitur : *Pervenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros tangere Chrisma te eos qui baptizati sunt, prohibuimus : & nos quidē secundum veterem usum Ecclesia nostra fecimus;* sed si de hac re aliqui contristantur ; ubi Episcopi desunt,

Ianus
vene-
ci non
mpore
lis le-
quām
bōtesf,
fuerit,
clesia-
Hæc
nien-
nmis-
otest;
dicit:
tatis,
ordi-
scut
Mino-
pisco-
rcessit
es hoc
lalum
in I.
dici-
edali-
smate
quidē
mu;
iscopi
esunt,

desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptiza-
tos Chrismate tangere debeant, concedimus. Hi-
storiā autem describit Baronius ad an. 594.
Sæpius autem idipsum pro partibus Indiarum
fuit concessum.

Expressè etiam hoc confirmat Concil. Flo-
rentinum, in quo postquam decretū erat
ordinarium ministrum hujus Sacramenti esse
Episcopum, dicitur: Legitur tamen aliquando
per Apostolicae sedis dispensationem, ex ratio-
nabili & urgente admodum causâ simplicem
Sacerdotem, Chrismate per Episcopum confecto
administrasse confirmationis Sacramentum.
Idem etiam colligitur ex Conc. Trident.
sess 7. de Confirm. can. 3 ubi dicit Ministrum
ordinarium Confirmationis esse solum Epis-
copum. Non autem dixisset Ordinarium, si
alius nullus posset extraordinarius esse ex de-
legatione Pontificis.

ARTICULUS X.

An Episcopus in partibus Missionis in-
terdum etiam cum periculo vite
Confirmationem conferre
debeat.

Certum est quod sit obligatio Episcopo-
rum sæpius Sacramentum Confirmatio-
nis